

Bibliothèque numérique

medic@

**BRUCH, Karl Ludwig. *Dissertatio
inauguralis medica de anagallide
quam sub divini numinis auspicio ex
decreto gratiosae facultatis medicae
pro licentia summos in arte medica
honores***

Strasbourg : Simon Kürsner, 1758.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.biium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?91007x287x06>

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

ANAGALLIDE

QUAM

SUB DIVINI NUMINIS AUSPICIO

EX DECRETO

GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES

ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CONSEQUENDI

PUBLICE DEFENDET

CAROLUS LUDOVICUS BRUCH,

TABERNÆ- MONTANUS.

DIE XXII MAJI MDCC LVIII.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI,

Typis SIMONIS KÜRSNERI, Cancellariæ Typographi.

ILLVSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO
DOMINO DOMINO
JOHANNI ASMO
LIBERO BARONI
AB
ESEBECK
SERENISSIMI BIPONTINORUM DUCIS
CONSILIARIO INTIMO ACTUALI
DYNASTÆ
IN
LIBHENNA, LOCHERAU,
DRACHENBRUNN
RELIQUA
MÆCENATI SUO GRATIOSISSIMO

IN PII AC GRATI ANIMI

TESTIMONIUM


OB INNUMERA IN SE SUOSQUE

COLLATA BENEFICIA

HOCCE STUDIORUM SUORUM SPECIMEN

DAT DICAT CONSECRAT

CAROLUS LUDOVICUS BRUCH.



PRÆFATIO.

Exhibemus hicce, B. L. Dissertationem de Anagallide, planta majoribus nostris decantatissima, nostri vero ævi medicis nimis admodum neglecta. Ansam dedit, maxima fama, qua vigeat apud nostrates, qui solam fere, simulac optime adhibent, ad hydrophobiam morbum omnium morborum dirissimum, avertendam.

Botanicam historiam & ubiorem paullo, tradere non abs re fore visum fuit. Licet enim notissima sit planta anagallis, multos tamen botanicos circa illam lapsos esse, & plures præcipue agnoverisse ejus species, cum natura unicam fecerit, ex ipsa Dissertatione patet.

In viribus recensendis nimis forsan prolixii fuimus, sed omnes debuimus referre, quas auctores herbae nostræ tribuerunt. Unicum remedium multis mederi potest

morbis. Magnam præterea vim inesse saponaceis vegetabilium succis, amaris potissimum, omnes Practici norunt.

Exempla a rabidis animalibus demororum & usu anagallidis a futura rabie vindicatorum quoque adjecimus. Et ea quidem, quæ sub No. I. & II. APP. continentur, prouti ea a medicis nobiscum communicata fuere. Illa sub No. III. quæ in Valle S. Gregorii contigerunt, cum nullus ibi degat medicus, ab ipso Magistratu illius Vallis judicialiter consignari curavimus.

Integrum certe volumen nobis conscribendum foret, si omnia exempla, ab hominibus, Medicinae ignaris, auctoptis tamen, nobis relata, vellemus enarrare.

Ultimum, quod est TE B. L. rogamus, faveas conatibus nostris, si quæ minus bene, aut minus concinne dicta fuerunt, ea benigne emendes, si quæ omissa, addes, ac si propria aut aliorum experientia usum anagallidis ulterius probaverit, id in publici commodum per vulges. Vale.

NOMEN.



NOMEN.



NAGALLIS, græcum nomen, jam occurrit apud HIPPOCRATEM (a). Idem DIO-SCORIDES & abhinc Græci non modo, sed & Latini materiae medicæ scriptores re-tinuere.

Nolumus recoquere item, inter veteres quosdam botanicos agitatum: an nempe planta nostra *Corchorus* sit ille THEOPHRASTI? Cum nunc botanici vix non omnes sub *Corchoro* intelligent *Melochiam* P. ALPINI.

Neque immorabimur enucleandis refutandisque illis nominibus, incertis partim ac inusitatis, partim aperte falsis e. gr. *Aeritis*, *Aegitis*, *oculi sanguis*, *Nicteritis*, *Maf-typon*, *Sauritis*, *Chelidonium*, *Macia* &c. quæ ad anagallidem referunt TRAGUS (b), JOH. BAUHINUS (c) & alii.

A

Circa

(a) *Tr. de Ulceribus Sect. XII. Editionis Lind. T. II. p. 675.*

(b) *Historia Stirp. p. 387*

(c) *H. Pl. III. 370.*

Circa etymologiam valde dissentunt auctores. Quod ῥάνης græcis *Hyacinthum* significet, indeque ob hyacinthinum floris colorem anagallidis nomen veniat, perhibet LOBELIUS (a). Sed nos cum Cl. BURGGRAVIO (b) nullibi invenire potuimus, vocabulum ῥάνης Græcis unquam in usu fuisse. A BURGGRAVIO dissentunt MANGETUS (c) & Cl. BOECLERUS (d), qui, quod ab ἄνα & γάλλος, quod spadonem significat, aut RAJUS (e) KOENIGIUS (f) & alii, qui, quod ἀπὸ τῆς ἀναγαλλίδης τῆς ἄνθης formatum fuerit ῥάνης dicunt. Ab ῥάνης dictam fuisse, unde id LINNÆUS (g) ob virtutem, uti videtur, antimelancholicam, derivat, vel ideo verisimile non est, quod DIOSCORIDES & PLINIUS, in plantarum viribus confignandis adeo alias prolixii, hujus virtutis plane non mentionem faciant. Forsan ab ῥάνης & ῥάνης vox ῥάνης composita est. Inferius enim pluribus exponetur, herbulæ nostræ jam a DIOSCORIDE & passim ab aliis adscribi vim aculeos e carne trahendi. Ob eandem rationem a folio ῥάνης derivatur ab ETTMULLERO (h) & supra citato BURGGRAVIO.

Germanis ob virtutem antimelancholicam *Gauchheil*, *Gedehnheil*, *Berimunst* und *Berstandkraut*, ob antilyssam, *Wuthkraut*, ob vulnerarium *Grundheil*, *Heil aller Welt*, ob habitum vero externum, quo ad Alsines quasdam species accedit *rother Meyer*, *rother Hünendarm* appellatur. Ab eo,

-
- (a) *St. Adv.* 194.
 - (b) *Lexicon med. sub Tit. ANAGALLIS.*
 - (c) *Bibl. Pharm. med.* T. I. L. 1. p. 59.
 - (d) *Cynos. M. M. Cont.* I. p. 365.
 - (e) *H. Pl.* II. p. 1023.
 - (f) *Regn. Veget.* c. IX.
 - (g) *Phil. Bot.* p. 185.
 - (h) *Operum* T. I. p. 386.

eo, quod ad festum divi *Colmanni* usque floret, *Collmar*
Kraut nuncupari *ZORNIUS* (a) putat. Gallis *Mouron*,
 Anglis *Pimpernell*, Hispanis *Murages*, Italis *Anagallide*,
 Batavis *Guychelbeyl*, Bohemis *Kurimor*, Danis *Gaasheel*,
 Rood *Arsve*, *Handjord Arsve* &c. &c. audit.

Ad Grammaticos spectat, num Grammatica illa *Coryc-*
 raea, cuius *ATHENÆUS* meminit (b), potius *Ἄγαλλος* aut
Ἀναγάλλος, uti *SUIDAS* vult, dicta fuerit; & anne illa no-
 men hoc ab herba nostra traxerit, uti Cicero a cicere,
 Lentulus a lente &c. quod *CAŠAUBONUS* autumat (c)
 & *VOSSIUS* (d).

GENUS.

CAL. *Perianthium*, quinque partitum, laciniis corolla
 vix brevioribus, acutis, carinatis, persistens.

COR. monopetala, rotata, quinquefida. *Tubus* brevif-
 simus. *Laciniae* ovatae, fere hemisphaericæ, margine supe-
 riore levissime ferrato instructæ.

STAM. *Filamenta* quinque, tubo corollæ inserta, tere-
 tia, barbata, æqualia, libera, ercta, corolla paullo bre-
 viora. Singulis incumbit *Anthera* oblonga incurva.

PIST. *Germen* in fundo floris, globosum, emittit *Sty-
 lum* filiformem, staminum longitudine, parum inclinatum,
 persistentem, coronatum *Stigmate* capitato.

PERIC. Capsula sphærica, membranacea, unilocula-
 ris, valvis duabus horizontaliter dehiscentibus, constans.

A 2

SEM.

(a) *Botanologia medica* p. 63.

(b) *Deipnosoph.* L. I. c. 12.

(c) *In notis ad ATHENÆI* 1. c.

(d) *Phil. C.* II. p. 9. Ed. Amst. de 1660, in 4to.

SEM. plurima, parva, angulata, alveolis placentæ siccæ, globofæ insidentia.

Proxime anagallis ad Lysimachiam accedit, ut ex dictis patet, ac in eo tantum differt, quod anagallidis stamina hirsuta sint, ac capsula bivalvis sit & horizontaliter dehiscat, Lysimachia contra stamina habeat glabra, capsula lamque decemvalvem in apice sese aperientem.

Contigit anagallidi, quod multis aliis generibus, ut variæ ad ipsam a veteribus referrentur plantæ, quas valde ab ea diversas esse correctior nos docuit Botanice. Sunt autem fere sequentes.

Anagallis aquatica major folio subrotundo C. B. P. 252.
I. B. III. p. 791. *Berula* f. *Anagallis aquatica* TAB. icon. 719.
Sion FUCHS. p. 725.

Eademque minor. Anagallis aquatica minor I. TAB. icon p. 718. *Anagallis aquatica flore cœruleo, folio rotundiore minor* I. B. III. p. 790.

Anagallis aquatica major folio oblongo C. B. P. 252.
Anagallis aquatica folio oblongo flor. cœruleo major I. B. III.
p. 791. *Berula major* TAB. ic. p. 719.

Eadem minor. Anagallis aquatica flor. purpurascente folio oblongo minor. I. B. I. c.

Anagallis aquatica angustifolia scutellata C. B. prodr. 119. I. B. I. c. Non male, ut nobis videtur, eandem cum hac esse statuunt *Anagallidem 4am* LOBELII Icon. p. 467. PLUKENET & RAJUS v. PLUK. Almag. p. 385.

Omnis ob corollam quadrifidam, irregularem, stamina duo, capsulam bilocularem ab anagallide discrepant. Male ex binis prioribus speciebus peculiare beccabungæ genus fecere RIVINUS, RUPPIUS & nuper HILLIUS british herbari vid. Gött. Gel. Ann. St. 175. 1757. Recte omnes tres species ad veronicam retulerunt TOURNEFORTIUS, RAJUS, LINNÆUS, aliquique.

Ana.

Anagallis aquatica rotundo folio non crenato C. B. P. 252. Tubo corollæ squamis clauso, capsula in apice delin-
fcente ab anagallide diversa est. *Samolus* est *Valerandi* I. B. III. 791. & *Linn.* Sp. Pl. 171.

Anagallis serpillifolia aquatica L. B. III. p. 372. *Alfine pa-
lystris minor serpillifolia* C. B. P. 252. Omnibus fructificatio-
nis partibus ab anagallide diffat. Gaudet enim calyce cam-
paniformi, duodecimfido, corolla hexapetala, staminibus
sex, capsula biloculari. *Glaucis* speciem fecere TOURNE-
FORTIUS & VAILL. Ad *Portulacam* RUPPIUS retulit,
Portulam DILLENIUS, LINNÆUS & HALLERUS Pe-
plin dixerunt.

Anagallis lutea nemorum C. B. P. 252. cum stamina gla-
bra & capsulam decemvalvem habeat, ad *Lysimachiam* per-
tinet. Cum qua bene jam conjunxit TOURNEFORTIUS.
Ad idem *Lysimachia* genus ob dictam rationem pertinent &
ab anagallide removendæ sunt

Anagallis marina lutea foliis latis stellatis. PETIV. Gazoph. 5.
Tab. 2. fig. 5. *Anagallis lutea foliis* & floribus ex eodem exor-
tu quatuor, ex aequalibus sierculorum intervallo cruciatim positis.
PLUK. mantifl. 12. Et, quæ ad hanc pertinere non immerito
videtur: *Anagallidi Monelli simili berba mariana.* PLUK. I. c.
Est illa *Lysimachia quadrifolia*. LINN. Sp. Pl. 147. PRO-
xime quoque ad eam accedit *Cruiciata montana minor flore
ceruleo* BARREL. Icon. 584. Icon enim haec distincte exhibet
plantam foliis & pedunculis quaternis, ut adeo mirum sit,
LINNÆUM hancce ad speciem suam tertiam anagallidis re-
ferre, cum qua tamen minime convenit.

Anagallis lutea eretilla major marilandica foliis oblongis acuminatis
RAJ. H. Pl. III. 497. Anne *Lysimachia punctata* LINNÆI?
Sp. Pl. 147.

Anagallis paludosa minima foliis rotundis alternatis
VAILLANTII B. P. 12. T. 4. f. 2. *Anagallidafrum* MICH.
A 3 N.G.

N. G. Pl. p. 14 T. 18. Floris segmentis ac staminibus quatuor, atque corollæ tubo globoſo ab anagallide recedit. Centunculi nomen ipſi imposuit DILLENIUS. N. gen. 5. & E. N. C. Cent. V. VI. App. quod & recentiores botanici adoptarunt.

Anagallis biflora, foliis alternis, floribus coeruleis, petiolo articulato inſidentibus. BURM. Zeyl. 19. tab. 9. *Vijñu Claudi* H. M. XI. p. 131. T. 64. *Anagallis Zeylanica minor procumbens* RAJI III. 496. Corolla campanulata, non in quinque lacinias divisa, sed, ut ipsius RHEEDII verbis utamur, *stella* tantum *quinquecuspidem signata* & feminibus paucioribus ab anagallide diverſa eſt. Ad Convolvulum merito refert COMMELINUS & LINNÆUS Fl. Zeyl. 32. & Sp. PL 157.

Anagallis Zeylanica aquatica. BURM. Zeyl. 19. HERM. Zeyl. 36. Ac forſan eadem cum hac *Tſieru Vallet* H. M. X. p. 55. T. 28. *Anagallidi ſimilis indica*, flore ♂ fructu, foliis alternis. Corolla gaudet pentapetala, ftylis duobus & feminibus minimis. Minus ergo ad anagallidem pertinet. *Namam* appellat LINNÆUS *Amaen. Acad.* Tom. I. p. 394.

Sequentes plantas, pro anagallidis speciebus venditatas, cum nullibi exactam earum descriptionem reperire potuerimus, eruditis botanicis dijudicandas relinquimus.

Anagallis Lufitanica folio rotundiore TOURN. I. R. H. 143.

Anagallis Lufitanica latifolia parvo flore ib.

Eadem *Linariae folio major*, ib.

Eadem *Linariae folio angustiore*, ib.

Anagallis minima maritima Gallo-Provincialis, ib. De hac etiam GARIDEL dubitat H. de PL p. 31.

Anagallis erecta ramosa, glabris ♂ oblongis bugulae foliis BOCCONIS. RAJI III. 496. An *Samolus*?

Ana-

Anagallis supina minima polygoni folio BOCCONIS.
ibidem. Hanc ad Veronicam refert PLUKENET. Mantif. 12. & Almagesf. p. 384 l. 33. Potius videtur esse Linum minimum stellatum C. B. P. 214.

Anagallis Africana purpurea bursae pastoris minoris folio.
 PETIV. Mus. 345. Perhibet de ea RAJUS III. 496., cui sicca a SHERARDO communicata fuit, esse plantam bicapitularem, unde quidem non constat, ad quodnam genus sit referenda; id tamen certum, eandem minime *anagallidis* speciem esse posse. Inter anagallidis species eadem quoque numeratur a ROYENO Lugdb. 416. Sub nomine *Anagallidis foliis sinnatis*. Quem secutus est WACHENDORFFIUS H. U. p. 30. & LINNÆUS Sp. Pl. 149. Sed per amicos, quibus tam LEIDENSIS, quam ULTRAJECTINUS hortus optime est cognitus, facti sumus certiores, nullam hujus nominis plantam in utroque horto hodie existere. LINNÆUS autem adjecto signo † fateatur, se plantam minus recte vidisse.

Anagallis Africana flore rubro minimo D. Oldenland
 RAJ. III. 497. Exstat ibidem ejus descriptio sequentibus verbis: "Alfines species est, altitudine vix palmari, in plurimos ramulos, ab imo statim divisa & subdivisa, figura sua & crescendi modo, Anthyllidem quandam, aut Herniariam minimam dictam referens. Folia extremis suis subrotunda sunt, ex adverso bina." Valde affinis esse videtur *Nummularia* minori purpurascente flore C. B. P. p. 310. Prodr. 136. f. *Lysimachia* tenellæ LINN. S. pl. 148.

Anagallis omnium minima MORIS. H. Blef. 13. H. Ox. II. 569. Hæcce aut varietas Anagallidis esse aut ad *Veronicas* pertinere videtur.

CLAS-

CLASSES.

Lubet nunc indicare classes, quibus Botanici systematici anagallidem comprehendenterunt.

CÆSALPINI V. Herbacea, solitariis vasculis. 2. *Capsula.*

MORISONI VIII. A numero capsularum & petalorum dicta 7. *molliens unicapsularis.*

RAJI XIX. Vasculifera monopetala 3. *Flore pentapetaloides unicapsularis.*

CHRISTOPH. KNAUTII V. Unicapsularis pentapetala. 2. *Unicapsularis bivalvis.* Sed male. Potius: II. Unicapsularis monopetala. 1. *unilocularis.*

HERMANNI VIII. Univasicularis 1. *Polysperma.*

BOERHAAVII XV. Monangia 1. *monopetala.*

RIVINI I. Regularis monopetala. 5. *pericarpio unicapsulari.*

RUPPII I. Regularis monopetala 5. *capsula simplici.*

CHRISTIANI KNAUTII I. Monopetala uniformis. 3. *Capsula simplex membranacea, polysperma.*

TOURNEFORTII II. Infundibuliformis rotatus flos.

6. *Pistillum in fructum siccum.*

MAGNOLII IX. Calyce externo & interno, monopetala. 2. *Fructu sicco non caulescens.*

LINNÆI *Methodus calycina* XII. Æqualis monopetala. 4. *Flos quinquefidus, staminibus paribus.*

Systema sexuale. V. Pentandria, *Monogynia.*

Systema naturale LII. Rotacea.

LUDWIGII I. Monopetala regularis. 4. *Pentanthera A. monostyla.*

HALLERI *Iostemon*, *flore uniformi fructui circumnato.*

ROYE-

ROYENI XVI. Oliganthera. 6. *Staminibus quinque,*
pericarpio uniloculari.
 WACHENDORFFII *2. Angiosperma *A Homoiodi-
 periantha *d. *quinaria.*

SPECIES.

Unicam tantummodo satis certam anagallidis speciem
 novimus. Est ipsi

RADIX exigua, alba, firma, vix duos pollices lon-
 ga, e tereti trunculo plures fibrillas emittens.

CAULIS succulentus, modo procumbens, modo ere-
 dus, ramosus, brachiatus, quadragonus, angulis opposi-
 tis secundum foliorum insertiones alternatim paullo latio-
 ribus.

FOLIA opposita, plerunque bina, ovato oblonga &
 oblongo lanceolata, tribus vel quinque nervulis percurfa,
 glabra, obtusa, margine integerrimo instructa, subtus pun-
 dis fuscis notata.

PEDUNCULI teretes solitarii, nudi, ex ala foliorum
 egredientes, uniflori.

VARIETATES.

I. Flore rubro.

Anagallis rubro flore GESN. Coll. p. 58.
Anagallis flore phœnicoe. C. B. P. 252. Baf. p. 74. CA-
 MER. Hort. m. p. 14. H. Ox. II. p. 568. TOURN. I.
 R. H. 142. Pl. de Par. 245. MAGNOL Char. Pl. p. 219.
 HALLER Enum. St. Helv. 481.

Anagallis phœnica TAB. Icon. p. 716.
Anagallis fl. purpureo CÆS. p. 262.

B

Ana-

- Anagallis mas* DIOSC. L. II. C. 209. BRUNF. I. p. 238. MATTH. p. 621. FUCHS. H. PL. p. 18. DOD. pempt. 32. LUGD. p. 1236. CAMER. epit. p. 394. RAJ. H. PL. II. p. 1023.
- Anagallis mas phoenicea* LOB. Ic. p. 465. I. B. III. p. 369.
- Anagallis flore puniceo mas.* RUELL. N. St. p. 429. TRAG. p. 387.
- Anagallis terrestris mas.* THAL. p. 14. BLACKWELL. T. 43.
- Anagallis urvensis.* LINN. Sp. pl. 148.
- Anagallis foliis indivisis flore phoeniceo.* ZINN. H. G. 252.
2. Flore coeruleo.
- Anagallis flore coeruleo* CÆSALP. 262. CAMERAR. H. m. p. 14. C. B. P. 252. Baf. 74. H. Oxon. II. 569. TOURN. Pl. de P. 245. I. R. H. 142. HALLER. Enum. St. H. p. 482. ZINN. H. G. 252.
- Anagallis coerulea* TAB. icon. p. 717.
- Anagallis fœmina coerulea* LOBEL. Icon. p. 465. I. B. III. p. 369.
- Anagallis flore coeruleo fœmina* RUELL. N. St. p. 429. TRAG. p. 387.
- Anagallis fœmina.* DIOSC. L. II. C. 209. BRUNF. I. p. 239. FUCHS. p. 19. MATTH. p. 622. DOD. P. p. 32. LUGD. p. 1236. CAMER. Epit. p. 385. RAJ. H. PL. II. 1024.
- Anagallis terrestris fœmina* THAL. p. 14. BLACKWELL. T. 274.
- Anagallis Monelli* LINN. Sp. Pl. 148.
- Anagallis tenuifolia Monelli* CLUS. app. altera.
3. Flore carneo.
- Anagallis floribus carneis* PARCK. Th. 558. MAPP. PL. Alf. 22. BUXBAUM En. PL 19.

Ana-

Anagallis mas, & terrestris flore carneo. WEINMANN Phyt. T. 106. p. 44. Male hic ex una eademque planta duas facit.

4. Flore albo.

Anagallis flore albo. C. B. P. 252. GEOFFROY. III. p. 89.

Anagallis terrestris flore albo. RAJ. Synopf. 282.

5. Flore pleno.

Anagallis flore rubro pleno. VAILLANT. B. P. 12.
BOEHMER Fl. L. 16. DALIBARD. Fl. P. 65.

6. Habitu majori.

Anagallis hispanica latifolia, maximo flore. TOURN. I. R. H. 143.

Anagallis latifolia LINN. Sp. pl. 149.

Hæcce varietas nobis cum Cl. ZINNIO H. G. 252. præter magnitudinem omnium partium auctam a vulgari nullo modo differre videtur. Nec ideo scimus, cur LINNÆUS eam, contra legem suam botanicam, quod magnitudo species non distinguat, *Fund. bot.* §. 260. pro peculiari specie agnoscat.

OBSERVATIO.

Varius circa plantam nostram reperitur naturæ lusus. Utraque Anagallis tam rubro, quam caeruleo flore, uti recte annotavit TREWIUS in notis ad BLACKW. T. 43. promiscue in arenosis ramos adquirit & procumbit, in argillaceis contra, maxime inter segetes absque ramis est & erigitur. Ita in arvis & campis arenosis *Plobbemefibus* semper utramque anagallidem ramosam & procumbentem invenimus, erectam autem & minus ramosam inter segetes zwischen dem Jützen und Stein-Thor hujus urbis. Et foliorum numerus atque magnitudo valde variat, sic in eodem caule & terna & quaterna & bina folia reperiimus, cum plerumque bina sint. In macro solo caulem tertenem, folia angustiora profert, latiora folia in pingui solo. Fallaces ergo omnes notæ ac pro constitutis speciebus ineptæ, quæ de habitu erecto vel procumbente anagallidis, deque foliorum numero ac magnitudine desumuntur. Cumque *Anagallis flore caeruleo* quoad omnes partes, solo floris colore excepto, cum illa *rubro flore* exacte conveniat, inter

illam crescat, ac cum ea, uti supra dictum, vel erigatur, vel pro-
cumbat; hinc illam varietatem hujus tantummodo esse statuimus.
Nec nos movet, quod a quibusdam sata colorem non mutaverit.
Merito enim cum doctissimo TREWIO in *notis ad BLACKW. T. 274.*
dubitandum “numne ex panicellis floribus semine iucognito nobis modo pro-
, venire earulea possit & varietatem facere, ob spontanea illa exempla.”

ICON.

Inter icones, plantæ nostræ, quæ passim apud Botanicos
ichniographos reperiuntur BLACKWELLIANA & RO-
BERTIANA optimæ; bonas inter veniunt MATTHIOLI,
quæ Anag. fl. phoeniceo refert, & FUCHSH; ad malas re-
ferenda LOBELII, TABERNÆMONTANI, TRAGI,
DODONÆI; pessimæ sunt MORISONI & MORANDI,
quæ folia petiolata habent, & WEINMANNI, in qua qua-
tuor tantum floris segmenta depinguntur.

LOCUS NATALIS.

Varietas prima & secunda per universam Europam, so-
la fere Lapponia excepta, reperiuntur, LINNÆUS
enim nullam anagallidis mentionem facit in *Flora Lapponica*.
Crescent in arvis, vinetis, pratis siccoribus, hortis, juxta
vias ac inter segetes. Varietas 6. Hispaniae incola est.
Pertinet omnes inter plantas annuas. Florent nostrates
per totam æstatem.

QUA-

QUALITATES ET EXPERIMENTA CHYMICA.

Cum officinæ primam solummodo varietatem recipiant, nos hanc tantum & quidem integrum plantam ad omnia experimenta sumus.

Ea recens degustata primo non nisi herbaceum, at si diutius paullo manducaveris, amarum acrem saporem linguae imprimit. Odorem nullum habet.

Recentis plantæ libræ XL p. c. contusæ ac prelo commissæ exhibuerunt, succi brunni, ejusdem ponderis, libras V. Succus hicce quoad saporem perfecte cum ipsa planta conveniebat.

Exsiccatione in aëre libero facta plantæ nostræ recentis 3xxxij. reducebantur ad 3vij.

Ex succi recenter expressi 3xvj. retortæ commissis, administratis debitæ ignis gradibus obtinuimus aquæ odoris ac saporis vix ullius 3viii. Liquoris aciduli, qui protracta destillatione brunnus & aliquantum empyreumaticus evadet 3v. olei empyreumatici paullum. Carbo niger pondebat 3v. Isque ad albedinem calcinatus, ac debite elixivatus largitus est faliis alcali, promissime aquam ex aëre attrahentis 3. residua terra pendebat 3ij.

Ex libris III. p. c. plantæ recentis, itidem retortæ commissis, debito subministrato igne obtinuimus aquæ saporis & odoris expertis 3xxviiij. Liquoris acidi, itidem nonnihil empyreumatici 3vii. Olei crassi empyreumatici, præter illud, quod retortæ lateribus adhaesit, nec ob tenacitatem inde colligi potuit 3ij. Carbo, qui ponderis erat 3ij. in cineres redactus & elixivatus exhibebat faliis manifesto alcalini 3j. gr. XII. residua terra pondere æquabat 3j. In utraque destilla-

tione nihil obtinuimus, quod vel minimum præberet urinosis vestigium. Nescimus igitur, quomodo Clariss. GEOFROY (a) e nostra planta non solum spiritum, sed & sal urinosum obtinuerit. Forfitan hæc sive ex hypothesi, absque instituto experimento proposuit, sive empyreumaticum cum urinoso confudit, & lemas olei in collo retortæ exciccatas pro sale habuit.

Siccæ plantæ 3ij. iteratis vicibus tamdiu aqua fervida infudimus, usque dum nova infusa nec sapore nec colore tingebatur. Obtinuimus ita infusum brunni coloris, saporis amari acris. Id debite evaporatum exhibuit extracti aquosi primi, nigri coloris, saporis amrioris acrioris que 3vj. Refiduam plantam prius siccata tamdiu cum spiritu vini rectificatissimo digessimus, usque dum denuo adfusus nec saporem nec colorem inde amplius adquirebat. Nacti fumus ita tincturam egregie viridem, saporis, præter illum spiritus vini, amari & acris. Ea ad extracti consistentiam evaporatione redacta sistebat extracti resinosi secundi, saporis fere ejusdem cum aquoso primo, coloris atro viridis 3iiib.

Extracti aquosi primi 3ib. cum f. q. spiritus vini rectificatissimi digesta tincturam offerebat e viridi brunnam, saporis ejusdem cum præcedenti tinctura spirituosa, quæ evaporata exhibebat extractum brunni coloris, sapore evidenter amaro & acri instructum, ponderis autem 3iv.

Siccæ plantæ 3ij. primo superfudimus spiritum vini rectificatissimum atque per 48. horas in digestione reliquimus, decantata tinctura, alium infudimus, repetendo tamdiu infusionem ac digestionem, usque dum spiritus vini nihil amplius inde extrahebat.

Tinctura hæcce cum spirituosa secunda coloris ejusdem, saporis autem acrioris fuit. Evaporata ea, accepimus

(a) *M. M. III. 89.*

mus extracti atro-viridis, extracto tam aquoso primo quam spirituoso secundo multo amarioris & acrioris 3*β.*

E residua planta iterata coctione cum aqua omne extrahimus, quidquid aqua inde extrahere potuit. Decoctum inde obtentum saporis fatui, coloris autem brunni erat. Extractum, quod inde post debitam evaporationem surgebat, ponderis erat 3*ijj.* coloris atri, saporis vero quoque fatui.

Secundum hæc experimenta maximam plantæ nostræ partem constituit aqua, indeque tam fatue sappit, si leviter tantum degustatur. Fecit idem, ut auctores quidam herbam nostram non rite examinantes, decepti fuerint, eamque frigidæ naturæ & absque multis viribus esse contendenterint. Continet insuper partes activiores acres, amaras, resinofas, inertioresque gummeas, quæ tamen mucilaginis ope ita uniuntur, ut aqua semper resinæ non parum solvat. Est itaque tinctura spirituosa magis activa, quam aquosa, hæc tamen cum nequaquam iners immo non adeo vehementis sit, illi, uti suo loco dicetur, saepius præferenda. Etiam extractum aquosum inertius est spirituoso, cum autem facilius in ventriculo solvatur & vias secundas subbeat, hinc facilius humores nimis spissos solvit atque adeo spirituoso antecellit. Poterit, si extracti forma placet, vinosum extractum parari, quod & majorum virium & facilioris solutionis est. Reliquum plantæ nostræ absolvunt partes terreæ inertes.

Principia salino alcalina cum panicis sulphureis, quæ doctissimus alias BUCHNERUS (a) plantæ nostræ tribuit, aut salem, terræ foliatæ tartari similem, qualē plantæ nostræ salem essentiale esse CL. GEOFFROY perhibet (b)

&

(a) *Mat. med.* p. 324.

(b) I, c.

& salem ammoniacalem, quem hic auctor anagallidem continere dicit, frustra quæsieris in nostra planta, cum in nulla planta recente obtineant. De sale & spiritu urinoso jam dictum.

Quoad saporem anagallis proxime ad radicem Seneckam accedit, etiam quoad contenta aliquo modo cum illa convenit. Differt tantum, quod mitior sit, vel ideo climati nostro accommodatior, & quod præcipua vis in partibus resinosis hæreat, que in radice Senecka in gummosis latet (a). Poterit itaque præter radicem pimpinellæ albæ & polygalam nostratem, optimum ejus succedaneum evadere, idque eo magis, cum jam antiquitus ad morbum viperarum & serpentum laudetur.

VIRES ET USUS.

§. I

Dictum est supra, anagallidem continere partes resinoso gummeas, arcte invicem unitas, amaras, acres. Jam a priori igitur concludere licet, ipsam vi harum partium, more gummi-resinarum in corpus nostrum agere, fluida nempe resolvendo, partesque irritabiles stimulando. Egregie id confirmant Cl. BOERHAAVE (b) & Ill. BUCHNER. Ille enim de nostra planta perhibet, ipsam *viribus suis saponaceis & aperientibus multum præstare*. Hic autem dicit (c): *Anagallidem vires exserere moderate resolventes, efficacius abstergentes, incidentes, aperientes & leniter diureticas*.

§. II

(a) Vid. BURCKARDI *Dissert. de rad.* SENECKA *bic defensa*
Ao. 1750.

(b) H. Pl. p. 286.

(c) M. M. l. c.

§. II.

Ob virtutem resolventem usum herba nostra invenit, ubicunque sanguis, serum aut lympha nimia tenacitate & spissitudine peccant, aut actualiter stagnant. In omnibus nimirum infarctibus viscerum, obstructione hæmorrhoidum & ea potissimum mensium ataxia, quæ a fanguine nimis spisso provenit, atque innumeris, qui inde iterum oriuntur aliis morbis. Sic DIOSCORIDES (a) & PLINIUS (b) jecinoris vitiis anagallidem mederi ajunt. Jecoris meatus aperire perhibent TRAG. (c) & THEODORUS nostras (d).

Emmenagogam vim præcipue laudant C. HOFFMAN-NUS (e) dicens: *fæminas Westphalicas decocto anagallidis uti in mensibus movendis* & GEOFFROY (f). In genere ad hypochondriacos morbos anagallidem commendat BOERHAAVE (g). Optime autem BUCHNERUS (h) *“in omnibus, inquit “chronicis morbis ex infarctibus & obstrunctionibus oriundis, veluti cachecticis, ictericis, oedematoſis & hydropicis non plane contemniendam preſtat utilitatem.*

§. III.

Ob eandem vim resolventem in ea quoque melancholiæ & maniæ specie insignis est usus, quæ oritur, quando

C juxtaposita

-
- (a) M. M. L. II. c. 209.
 - (b) H. N. L. XXVI. C. 7.
 - (c) H. St. I. c.
 - (d) Kräuterbuch p. 1093.
 - (e) *de med. off.* L. II. C. 12.
 - (f) I. c.
 - (g) H. Pl. I. c.
 - (h) M. M. I. c.

juxta BOERHAAVE (a) *in toto sanguine, mobiliora diffusa reliquerint immobilia, & ille tunc crassus ater, pinguis, terrefris est, & nomen induit humoris atrabilarii, vel succi melancholici.* Nec opus, ad vim specificam confugere, anagallis enim, uti reliqua vegetabilia amara, quæ hic ab auctoribus laudantur, sanguinem spissum resolvit, fluidorem reddit, in circulum reducit. Laudarunt in his affectibus, mania præcipue, auctores quidam essentiam anagallidis vel simplicem, vel eam, quæ fit e succo anagallidis inspissato, superfusa tinctura hyperici. Prior talis describitur & laudatur in DISP. BRANDENBURGICO (b) V. etiam BIERLING (c) HOFFM. (d). Posteriorem potissimum I. MICHAELIS propinavit (e). Sed melius illi fecere, qui ipsam herbam in substantia, ejus succum expressum, decoctum aquosum, conservam aut extractum in his affectibus commendarunt. Spiritus enim sanguinem exaltat magisque condensat, atque adeo malum auget. Ita HOFFMANN. "Succus", inquit "anagallidis, floribus purpureis per salem suum nitrosum absterricium mirifice opitulatur maniacis & melancholicis, alvumque fluidam tenet (f). GEOFFROY Succum ad 3ij-iv. ter de die sumendum suadet (g). Videatur etiam BOECLER (h) DOLÆUS (i). Decoctum laudatum reperies apud E T T M U L L E R U M (k) ubi haec verba exstant: "Quo etiam" (decocto

(a) Aph. de cogn. &c. citr. morb. §. 1092.

(b) A. FAGINO edito 1747. p. 77.

(c) Tb. Pract. p. 38. & 104r.

(d) Clavis Pharn. Schröderiana L. IV. S. I. §. 18.

(e) Operum p. 640. HOFFM. I. c. ETTMULLER I. c.

(f) In notis ad POTERII opera p. 454.

(g) I. c.

(h) Cyno. M. M. I. c.

(i) Encyclop. med. L. I. C. 4.

(k) I. c. & Tom. II, p. I pag. 862.

(decocto nimirum) " QUERCETANUS se mira præstis
 " tisse gloriatur. Curam ita instituit: Præmittit vomito-
 " rium ex infuso antimonii, postea per aliquot d^rp utitur
 " solo decocto anagallidis cum successu. Et certum est, non
 " dari meliora simplicia, contra maniam, quam anagallidem
 " flore phœnicoe & hypericon. " Nec non apud HART-
 MANNUM (a) ROLFINCKIUM (b) BIERLINGIUM (c)
 HOFFMANNUM (d) GEOFFROY (e) SCHULTZ (f)
 BUCHNERUM (g) ALBERTI (h) SCHAAAR-
 SCHMIDT (i)

Decoctum quoque vinosum deprædicat MAROL-
 DUS (k), sed verendum, ne vinum humores exagitet,
 atque plus damni, quam boni adferat.

Fuere etiam, qui lintea sanguine asinino imbuta ac ex-
 fccata decocto anagallidis infuderunt, idque infusum ægrotis
 exhibuerunt. Ita CL BOENNECKEN binos casus re-
 fert (1) ubi, præmissis generalioribus remediis, solo usu in-
 fusii talis ad sanam mentem reduxit maniacos. Clarus au-
 ñor id quidem fangiini asinino tribuit, sed quivis facile per-
 spicit, effectum potius ad activam anagallidem pertinere,
 quam ad inertes quasdam fanguinis asinini partes.

C 2

In

-
- (a) *Praxis chymiatrica C. de Amentia p. 85.*
 - (b) *Ord. &c. metb. Sp. conf. C. II. conf. 9.*
 - (c) *Tb. Pr. p. 1041.*
 - (d) *Clavis Schräder i. c.*
 - (e) *i. c.*
 - (f) *Mat. med. p. 313. IDEM. in Disp. Brandeb. p. 221. ed. 2.*
 - (g) *M. M. i. c.*
 - (h) *Therap. med. C. de Mania.*
 - (i) *Therap. gen. p. 164.*
 - (k) *Pr. med. p. 39.*
 - (l) *In peculiari Traclatu, cui Titulus BIGA CASUUM ἀνδ τῆς
 ΜΑΝΙΑΣ ΝΟΣΗΜΑΤΟΔΕΟΣ &c. Werbemii 1744.*

In substantia denique, nempe in forma pulveris in trititia ac metu insolito a quodam anagallidem adhibitam fuisse MAROLDUS (a) afferit. Si forma elixirii aut pilularum magis arridet, poterit extractum anagallidis aquosum aut vinosum recipi. V. ALBERTI (b).

Perhibet quidem GARIDEL (c), se anagallide saepius usum fuisse in maniacis absque ullo effectu. Sed accuratorem historiam ægrotorum, quibus illam præbuit, debuisset apponere, & quibus modis illa fuit adhibita. Non enim in omni melancholia & mania auxilium ferre anagallidem, sed in ea potissimum, quam supra diximus, ex satis perspectis variis causis horum morborum, & cognita natura anagallidis clarum fit. Quidquid tamen sit, certe cum clarissimo JUNCKERO (d) non indigna videtur, *quam frequentius iusta methodo miserandis hujusmodi subjectis adhibeamus, nec ab usu ejus ulteriore, ubi non protinus ex sententia succedit, nos deterreri patiamur.*

§. IV.

Cum viderint, anagallidem deliria melancholica & manica sustulisse, inde judicasse quidam auctores videntur, ipsam ad quæcumque deliria profuturam. Inde enim factum ut & in phrenitide adhibuerint. De externo quidem usu inferius sermo erit. Sed ii certe oleum igni addunt, qui essentiam in phrenitide fraudent, quos inter est BIERLING (e).

§. V.

(a) *Pr. med.* p. 18.

(b) *Tber. med.* l. c.

(c) *H. de Pl.* p. 32.

(d) *Tberap. gener.* p. m. 223.

(e) *Th. Pr.* 38.

§. V.

Ad epilepsiam etiam commendata fuit herba nostra. Juvabit hic potissimum, quando epilepsia provenit ab obstructione viscera, mensium & hæmorrhoidum, ac etiam, si vermes ipsam produixerint. Anagallis enim & amaritie vermes necat, & vi resolvente mucum intestinorum, nidum vermium abstergit. Præstat in hoc morbo in substantia adfumta, MAROLD. (a) aut in decocto BOERHAAVE (b) aut in extracti forma BOECLER (c) aut ipsius essentia. *Idem ibid.*

Vide etiam CARDILUCIUM (d) & GEOFFROY (e). Aqua autem destillata, quam aliqui laudant, uti sunt ACHILLES GASSERIUS (f) & RAJUS (g) cum insipida sit ac inodora, præ aqua communi nullas hic exhibebit vires.

§. VI

Inter antarthritica remedia, & interna quidem, anagallis refertur jam ab ÆGINETA (h), qui illam compositionem suam ab incerto nomine CORALLII, *diacorallium* dictam, ingredi jussit, a BIERLINGIO (i) & a CAPIVACCIO (k) qui simul optimam rationem virtutis addit, ait enim:

C 3

“*Hæc*

-
- (a) *Praef. med.* p. 18.
 - (b) *H. Pl. I. c.*
 - (c) *Cymof. M. M. I. c.*
 - (d) *In notis ad Hartm. Pr. chymiatr.* p. 117.
 - (e) *I. c.*
 - (f) OBSERV. ed. a WELSCHIO 57.
 - (g) SYNOPS. 282. *Hijst. Pl. II.* 1024.
 - (h) L. VII. C. 11.
 - (i) *Thef. Praef.* 330.
 - (k) L. V, *Praef. C.* 11.

*" Hec insignem habet vim alterandi & absumendi humores
" pituitos, calidoque innato partium animalium est amica.*

§. VII.

Alvum purgare anagallidem ex aqua mulsa PLINIUS asserit (a), HARTMANNUS perhibet (b) succum ejus alvum fluidam tenere, & observata quoque est anagallis, alvum movisse illis, qui pulveris forma ad rabiem præcavendam adsumferant. Sed videtur tamen, in omnibus exemplis peculiaris dispositio adfuisse, iteratis enim vicibus & diversis hominibus pulverem anagallidis exhibui ad 3j. pro dosi, sed omnes nihil inde, præter levem ardorem faicum & fortiorum appetitum experti sunt.

§. VIII.

Cum anagallis vi saponacea humores viscidos tenaces solvat, sanguinem fluidiorem reddat, atque vasa simul stimulet; facile liquet, ipsam pro vario vehiculo ac pro vario regimine mox diaphoresin excitare, mox diuresin. Sudoriferam esse anagallidem GEOFFROY perhibet (c) & experientia etiam comprobavit, uti infra dicetur. Diureticam virtutem testantur PLINIUS (d) BUCHNERUS (e) TRAGUS (f) TABERNÆMONTANUS (g) & ZORNIUS (h).

Poste-

-
- (a) H. N. L. XXVI, C. 8.
 - (b) l. c.
 - (c) l. c.
 - (d) H. N. L. C.
 - (e) l. c.
 - (f) l. c.
 - (g) Kräuterbuch. I. e.
 - (h) Bot. med., l. c.

Postiores tres præferea affirmant, anagallidem calculum pellere. Efficiet id, si calculi fuerint mucosi, aut si fabulum aut minores calculi renes obsederint. Majoris autem formæ calculum, renibus, ureteribus aut vesicæ inhærentem pellere aut solvere, nullus a nostra herba expectabit sanæ mentis medicus. Evidentior paullo anagallidis usus erit ad hydropem, nondum confirmatum. Tollit enim infarctus viscerum, vulgatissimam hydropis cauissam ac urinam simul movet. Atque adeo recte ad hydropem prodeesse anagallidem dixerunt TABERNÆMONTANUS (a) MATTHIOLUS (b) HARCHER (c) BUCHNERUS (d) aliique.

S. IX.

Inter remedia alexipharmacæ non infimum locum sibi vindicat herba nostra. v. DALE (e) RAJUS (f) GORTERUS (g).

Pesti conducere, si cum regimine sudorifero sumatur afferunt TRAGUS (h) LONICERUS (i) TABERNÆM. (k) JOH. BAUHINUS, (l) alii. Fuit etiam id sine dubio causa, cur ad aquam epidemicam anagallidem receperint *Londinenses* (m). Sed jam alibi dictum, minus activam ac aquæ

-
- (a) Kräuterbuch. I. c.
 - (b) Kräuterbuch p. 203.
 - (c) *De Simplicibus* p. 10.
 - (d) I. c.
 - (e) Pharm. 301.
 - (f) Synops. 282.
 - (g) M. M. §. 159.
 - (h) I. c.
 - (i) Kräuterbuch pag. CCL.
 - (k) I. c.
 - (l) H. Pl. III. 370.
 - (m) v. Pharmacop. BATEANA 9. & Pharmac. Würt. p. 17.

aquæ communi vix præferendam esse aquam anagallidis de-
fillatam.

Ad viperarum morsus jam a DIOSCORIDE commenda-
ta fuit anagallis (a). PLINIUS contra angues succi 3j. in vino
bibendam suadet (b). Vid. etiam TRAGUS (c), TABER-
NÆM. (d) JOH BAUHINUS (e) GEOFFROY (f) &c.

§. X.

Sed præstantissima est vis anagallidis antilyssa. Est ra-
bies vel innata, vel adquisita. Illam speciem nunc mitti-
mus, cum anagallis solummodo fere ad præcavendam ra-
biem adhibetur, nec satis certum exemplum prostet, eam
rabiem omnibus symptomatibus manifestam fustulisse. Hæc-
ce oritur, quando homo aut animal quocunque ab alio
jam rabido mordetur, vel alio quovis modo contagio ad-
ficitur, atque ita corpori communicatur venenum, causa ra-
biei, naturæ nondum perspectæ, quod corrigere vel e cor-
pore eliminare, antequam effectus suos exferat, est rabiem
præcavere. Sed correctio tamdiu manebit incerta, quandiu
vera veneni natura nos latet. Eliminationem varia methodo
tentarunt medici. Sic interne exhibuerunt vomitoria, laxan-
tia, diaphoretica, diuretica, immo & fialogoga. Externe, si
vulnus adfuit, ex hoc varia arte venenum exfixerunt, vul-
nus adusserunt, scarificarunt, & ut eo melior veneno pa-
teret

- (a) l. c.
- (b) H. N. L. XXVI, C. 13.
- (c) l. c.
- (d) l. c.
- (e) l. c.
- (f) l. e.

teret exitus, diu servarunt apertum (a). Omnia quoque passim laudata specifica ad unam alteramne evacuantium classem utcunque referenda, id potissimum videntur egisse, ut venenum, quacunque excretione aucta e corpore expulerint. Et quid vetat, idem de anagallide statuere. Supra enim demonstravimus, eandem sub varia conditione aut dia-phoreticam esse, aut diureticam; eam quoque sudorem in aliis, in aliis alvum movisse, infra dicetur, dicetur etiam, quomodo anagallis externe applicata venenum e vulnere auferat. Neque tamen negare ausim, anagallidem æque ac reliqua specifica venenum simul cicurare, sed hoc tum demum clarum fiet, quando industria nepotum aut casus fortuitus veram veneni, quod rabiem caussatur, naturam nobis patefecerit. Utut sit; sufficit nobis anagallidis usum ad præcavendam rabiem multiplici comprobatum esse experientia. Jam TRAGUS monet: (b) *anagallidem canibus morbu lessi, similiter & hominibus adversus canis rabiosi morsus utilissime conducere.* Gabelchover sequentia suadet (c): „Nimm rothen Gauchheil, bicks in einem Eyerku-
chen, giebs dem Gebissenen zu essen, es seye Mensch oder
„Bieh, es ist bewährt.“ MAROLDUS refert (d) hæcce:
„Anagallis mas pulverisata canes demoros & rabiosos libe-
rat, quod sepius probatum a Principe WILHELMO IV.
„ab Hennueberg.“ Vide etiam TABERNÆMONTANUM (e)

D

MAT-

(a) v. Illustr. SWIETENII *Comm. in BOERHAAVII Apb. de cogn. cur. morbis.* T. III. §. 1143. & seqq.

(b) l. c.

(c) *Arzneibuch 2ter Theil* p. m. 308.

(d) *Præf. med.* p. 38.

(e) l. e.

MATTHIOLUM (a) CAMERARIUM (b) C. HOFF-MANNUM (c) LEMERY (d).

Maximam autem famam, quoad antilyssam virtutem nacta est herbula nostra apud nostrates. Existit nempe jam ante triginta & plures annos vir quidam in vico Bir-masens, ditionis *Hanoicæ*, qui per longum tempus pulvrem anagallidis venditavit, ipse demorlis exhibuit, vulnera quoque si quæ adfuerunt, sanavit, optatissimo cum effectu. Sed diu celavit ille veram originem pulveris sui, ex quo sat magnum quæstum trahebat, vix enim in regione vici illius fuit paterfamilias, qui non quotannis quantitatem pulveris sibi comparaverit, & ii qui a rabido animali morti aut infecti fuerant, aut quorum pecudes erant demorsæ, nec pulveris copiam possederant, vel e longinquo ad virum illum, ceu ad sacram anchoram properabant, remedium petituri. Tandem autem venatoriæ rei quidam præfectus bipontinus ex illo elicuit, remedium, quod venderet, nil aliud esse, quam pulverem anagallidis, rubro flore, ipso festo divi *Jobannis Baptiste* collectæ, atque illud, benignior in proximum, undique promulgavit. Vix aliquot mensibus præterlapsis casus ille *Waldmora* accidit, quem ab amantissimo confobrino D. KÆMPF, juniore, cum aliis consignatum sub No. I. *Appendicis* hic trado, ubi plantam nostram efficacem se præstitisse, legitur. Postea & alii egregium usum anagallidis experti sunt, quos inter eminet Fautor atque Patronus, omni honoris cultu prosequendus D D. RAVENSTEIN, *Consiliarius bipontinus, Sere-nissimæ Bipontinorum Ducis Archiater, Præfecturarum Tabernamone-*

(a) l. c.

(b) Hort. m. p. 14.

(c) *De Med. Officin.* l. c.

(d) *Dictionn. univ. des Drogues* p. 37.

bernamontanae & *Gutenbergensis Physicus ordinarius*, nec non *Comes Palatinus Casareus*, ac membrum *Academie Moguntinae scientiarum utilium*, uti id non solum egregium illud elogium anagallidis, quod libro suo, varia eruditio pleno a) inseruit, sed & observatio ejus, sub No. II. *appendicis* benigne nobiscum communicata, testatur. Villicus quoque aliquis *Benedict Brüderle nominis*, in villa Kirschbacensi prope Bipontum, ut eo certior fieret de anagallidis antilyssa vi, binas capras ab eodem lupo rabido eadem hora morsas separatis inclusit stabulis, alterique pulverem anagallidis dedit, alteri non dedit, eo quidem cum eventu, ut ea, quæ pulverem non accepit, nono die hydrophobia facta mortua sit, altera autem lana evaferit.

In valle denique ALSATIÆ *Superioris*, a divo *Gregorio* denominata, jam per plures annos a rabidis animalibus demortis pulvere anagallidis succurrit *Gregorius Rämpf*, civis pagi *Sulzheren* ejusdem vallis, salutari semper cum effectu, prout illud ex judiciali testimonio, sub No. III. hic annexo, pluribus est videre.

Adhibitus autem fuit pulvis anagallidis, tam a viro illo *Pirmasensi*, quam in reliquis, quos recensui, casibus, sequenti modo: Homines demorsi aut contagio infecti, quotidie bis 3*lb.* ad 3*iv.* pulveris anagallidis assuebant, vel cum aqua anagallidis deftillata, vel cum ejus decocto, vel cum infuso herbare theæ, aut aqua simplici. Vulneribus, probe antea aqua elotis, quotidie semel aspergebatur idem pulvis, cæterum ea more solito consolidabantur. Pecori pro ratione magnitudinis major pulveris dosis, ac vel in lacte, vel in iuſculo, vel cum ovis, vel alio quovis modo exhibebatur, vulnera eodem modo tractabantur.

D 2

Plures

(a) *Seltsame Begebenheiten in der Natur u. s. p. 430.*

Plures homines post assumptum pulverem alvum crebriorem experti sunt, alii contra sudorem, præter consuetudinem quandoque fœtidum, e quorum numero ille Roten fuit. v. *Appendicis N^m. III.* Lotio vulnerum venenum maximum partem aufert, si mox post morsum inflictum instituitur. Pulvis anagallidis externe applicatus siccus, acer veneni portionem imbibit, affluxum humorum proritat, atque sic hoc modo venenum e regione vulneris elicit. Reliquam veneni partem, sanguinis massam jam ingressam, anagallis interne sumta, aut corrigit aut profligat.

Ob adeo perspicua exempla eximiæ virtutis herbæ nostræ ad horridos effectus, morsum animalium rabidorum insequentes, præcavendos, factum est, ut non solum in Bipontino ducatu, & Moguntiæ MDCCXLVII. (a) sed & præcipue per totum Bambergensem Principatum (b) publico mandato jussum fuerit, anagallidem quotannis colligere, ejusque semper certam quantitatem vel in quavis villa affervare, addita mandato debita methodo anagallidem adhibendi.

S. XI.

Externe applicata anagallis, cum saponacea sit & acris, valide abstergit, nonnihil quoque adstringit. Refertur inde ab omni ævo inter illa medicamenta, quæ vulneribus ac ulceribus purgandis adhibentur. Jam HIPPOCRATES ipsam siccandis ulceribus commendat. (c) Ulceribus malignis

(a) v. Die Mainzische wöchentliche Anzeige Blättchen von selbigen Jahr.

(b) v. Hasenfels Medicinischen Richters Illten Theil p. 2, segg. & Appendixem Diff. nostra sub No. IV.

(c) l. c.

gnis potissimum, mederi ajunt: DIOSCORIDES, (a) PLINIUS, (b) POTERIUS, (c) GORTERUS, (d) alii.

Ad ulcera, quæ oculorum tunicas, corneam præcipue, infestant, infervire, jam DIOSCORIDES testatur. Sed videatur de his Cel. MAUCHARTI *Dissert. de ulceribus corneaæ Tubingæ 1742.*

Ob easdem rationes, quibus ad ea ulcera valet, quæ oculis patent, valet etiam ad ea, quæ intra corpus existunt. Hinc ad phthisin commendarunt. Præstat tamen hic succus cum lacte sumitus, quem celeberrimus TREW fudet, (e) aut decoctum, inerte Aqua destillata, a RAJO prædicata (f).

§. XII.

Ob validam, qua pollet, abstergendi vim, succus anagallidis corneaæ maculas aufert. V. PLINIUS (g) &, qui optime de his maculis scripsit, cel. MAUCHARTUS (h).

§. XIII.

Ceu cosmeticum adhibitum fuisse succum anagallidis, FUCHSIUS refert (i). Et AGERIUS (k).

D 3

§. XIV.

(a) l. c.

(b) H. N. L. XXV. C. 13.

(c) *Oper. ab HOFFM.* ed. 454.

(d) M. M. §. 284.

(e) *In notis ad BLACKWELL Tab. 43.*

(f) H. Pl. II. p. 1024.

(g) *L. supra citato.*

(h) *Dissert. de Maculis Corneaæ Tub. 1743.*

(i) H. Pl. 18.

(k) *Reformierte deutsche Apothec. L. I. C. 149.*

§. XIV.

Mitigandi vim anagallidi, externe adhibitæ, passim tribuunt Auctores. Videantur DIOSCORIDES, (a) TRAGUS, (b) BOECLERUS, (c) GEOFFROY (d) aliique. Inflammationes ideo arcet. DIOSCORIDES l. c. Inde quoque externus usus succi anagallidis ad phrenitidem PLINIO, (e) aut ad dolorem capititis MARCELLO dictus (f).

Anodynæ virtuti tribuenda etiam videtur, vis aculeos aut festucas refigendi, quam jam Dioscorides anagallidi adscribit & cum eo GALENUS, (g) ÆGINETA (h) aliique. Cum enim dolores sopiat, spasmos tollat, faciliorem reddit egressum aculeorum.

Ad podagram itidem ob eandem mitigandi vim herbam nostram laudant, præcipue cum urina coctam & cataplasmati forma adplicatam. Ita PAULLI (i) exemplum nobilis Britanni refert, cui tale cataplisma optimum præsttit auxilium. Idem habet RAJUS (k) sed uterque monet, vulgus in hocce adfectu pediluviis ex sola urina uti, nec absque fructu, ut itaque videatur, effectum dicti cataplasmati urinæ magis deberi, quam admixtæ anagallidi.

§. XV.

-
- (a) l. c.
 - (b) l. c.
 - (c) l. c.
 - (d) l. c.
 - (e) H. N. L. XXVI. C. II.
 - (f) *De Medicam. emp. C. I.* p. m. 34.
 - (g) *De Simpl. med. Fac.* L. VI.
 - (h) L. VII. C. 3.
 - (i) *Quadrivart. Bot.* p. 196.
 - (k) H. PL II. p. 1024.

§. XV.

Apophlegmatizantibus porro annumeratur Anagallis. Ita DIOSCORIDES (a) "Succus caput gargarizatu purgat, & naribus infusus dolorem dentium lenit, si in adversam narem injiciatur". Ad errhina potissimum, succum anagallidis referunt PLINIUS (b) GALENUS (c) AEGINETA (d) MATTHIOLUS (e) &c. Sed eo etiam pertinent decoctum & pulvis anagallidis.

§. XVI.

Melancholiam tollit ac maniam anagallis, epilepsiam & alios spasticos affectus, dæmonibus olim adscriptos, satan, atque simul alexipharmacum est. Fieri ergo vix potuit, quin & pro magica haberetur herba. Ita ZOROASTER (f) anagallidem cum aliis a domo omnem livorem & infidias arcere prohibet. V. etiam FUCHSIUM (g) & alios. Sed mittimus hoc, rationali medico indignum. Sic & recensionem vix merentur, quæ de anagallide certo tempore certoque modo colligenda, superstitione satis tradunt. PLINIUS narrat (h) "Præcipere aliquos effossuris ante solis ortum, priusquam quidquam aliud loquantur, ter salutare eam, tum sublatam exprimere, ita præcipuas esse vires."

HOFF-

(a) I. c.

(b) H. Pl. L. XXV. C. 13.

(c) I. c.

(d) I. c.

(e) I. c.

(f) Geopon. L. XV. C. 1. p. 492.

(g) I. c.

(h) L. supra citato.

HOFFMANNUS (a) eam colligi dicit ante solis ortum in ultima lunae quadratura, Sole & luna in Geminis exsistentibus. GASSENIUS illam collectam vult (b) ipso ingressus solis in leonem momento & crescente luna, & vir ille Pirnasensis, illam legit ipso Festo divi Johannis Baptista, hora undecima antemeridiana.

Ejusdem quoque farinæ est anagallidis contra epilepsiam suspenſæ virtus, a Weckero deprædicata (c), nec non ejusdem manu detentæ aut scrobiculo cordis impositæ vis, quamcumque hæmorrhagiam compescendi. V. SCHMUCK. (d) quamque tantam fecit AGERIUS (e) ut adfirmaverit, etiamsi in brachio, cuius manus anagallidem tenet, vena secaretur, nullum tamen sanguinem exiturum.

Nec immerito huc refertur jam a DIOSCORIDE, ad aliorum tamen fidem provocante, (f) & a PLINIO (g) memorata vis anagallidis coeruleæ, procidentiam sedis retroagendi, & phœnicioæ, illam evocandi.

§. XVII.

In OECONOMIA denique, & VETERINARIA potissimum, non absque egregio usu est herba nostra. Præterquam enim, quod ad rabiem præcavendam omnibus animalibus domeſticos exhibeat, jumentorum quoque

(a) *Clavis Pb. Scbræd.* I. c.

(b) I. c.

(c) *De Secretis* L. V.

(d) *De occult. magico-magnetica morb. curat.* p. 24.

(e) I. c.

(f) I. c.

(g) H. N. L. XXVI. C. 8.

que oculis mederi PLINIUS perhibet (a) & optime per-
hibet.

Contra vertiginem ovium, vulgo den *Schwindel*, das
Drehen, oder ringlicht werden, inter alia remedia etiam
anagallidem suadet HUCKELIUS (b) & Clariss. SCHRE-
BERUS. (c) Tradit quidem ill. LINNÆUS, oves anagalli-
dem non comedere (d). Sed mox dictus SCHREBE-
RUS, saltem de germanis ovibus contrarium expertus
est, (e) & ipsi novimus opilionem, qui saepius per men-
sem, fali illi, quem ovibus lambendum exponit, ceu ge-
nerale antidotum & appetitus excitandi gratia, immiscet
pulverem anagallidis.

Passeris canarienses, ceterasque aves minimas semine
anagallidis summopere delectari, atque ideo in Italia eo
enutririri SEGUIER refert (f).

OFFICINALIA.

IN officinis *Argentoratensisibus*, de anagallide nullum pro-
stat praeparatum, praeter aquam destillatam & oleum co-
rum. De illa jam saepius dictum, quod valde fit iners.
Hoc ad tormenta ventris infantum laudat PHARM. AR-
GENT. (g) PHARMAC. WURTEMBERG. præterea
addit, illud etiam clysteribus in hoc morbo applicandis,
E immi-

(a) H. N. L. XXV. C. 13.

(b) Abhandlung vom Schaafviehe. p. 95.

(c) Sammlung vermischter Schriften ic. 2ter Theil p. 312.

(d) Pan. Sueco II. Amoen. Ac. p. 242.

(e) Loco citato & peculiaribus ad nos datis literis.

(f) Pl. veron. p. 232.

(g) p. 107.

immisceri (a). In DISPENS. BRANDENB. *essentialiam* anagallidis existare, supra monuimus (b). PHARMACOPOEA AUGUSTANA etiam *Syrupum* habet, ipsique vires contra maniam & tormina infantum adscribit (c): *Conseruae* mentionem faciunt ZORNIUS (d) & BURGGRAVIUS. (e) & optimo jure eam laudant ad maniam. Sed non invenimus, eam æque ac Extractum, de quo supra diximus, alicubi esse officinalem.

Herba nostra præterea, quantum nos scimus, ad nullam recipitur compositionem, præter supra memoratam *Aquam epidemicam L.* & *Unguentum mundificativum de Apio.* V. GEOFFROY (f).

Et hæcce, quæ pro modulo ingenii de nostra planta protulimus, sufficiant.

APPENDIX.

No. I.

NObilis virgo, octoginta fere annos nata, nihilominus tamen mire adhuc vegeta, & corpore & animo; a catello, fideli gremii ipsius custode, ex improviso rabido facto, mordebat. Nihili faciebat vulnusculum: nullum enim damnum timebat ex amabili & adeo humano more.

(a) p. 113.

(b) p. 18. *Diss. x.*

(c) p. 19.

(d) l. c.

(e) l. c.

(f) l. e.

more alto parvulo cane. Sed post paucos exinde dies hydrophoba, in veram tandem rabiem caninam incidebat. Accercebant patrem meum. Is, cum illam jamiam vere rabidam, aquam, immo & ignis odorem abhorrescentem, in adstantes canis ad instar latrantem, horridam spumam expuentem, inveniret: præter illud ex propinqua morte auxilium, nullum superesse amplius statuit. De Anagallidis tamen infallibili efficacia, in morbis a rabido, sed nondum hydrophobis, tot casibus evictus; num bona hæc herbula, in adeo proiecto statu aliquid adhuc posset, curiosus experiri proposuit. Curabat igitur ut vi intrudent furibundæ, consuetam unam alteramque dosin pulveris Anagallidis, cum aqua ejusdem destillata, in boli formam redactam. Citra omnem fere spem, ex prima statim dosi, manifeste jam defervescere coepit inhumanus furor; & post alteram ingurgitatam magis magisque cessavit, summo ægrotæ & adstantibus solatio. Solus febrilis quasi tremor, per intervalla revertens remanebat. Ita tanquam per lentam febrem sensim consumta, mente optime constans, obiit denique hydrophoba quidem, sed placida morte, misera senex.

Inter permultos casus, fauorum a rabidis animalibus, sed per Anagallidem, antequam vera hydrophobia erupit usurpatam, ab omnibus pravis sequelis liberatorum, patre meo autopta teste, eminet tristis ille, qui accidit Waldmoræ, præfecturæ Bipontinensis pago. Ibi canis pecuarius rabidus, bubulco, & numerosæ ejus familiae, singulis virulentæ inflixit vulnera: præterea, magnæ juventorum gregis, vix non omnes pecudes momordit. Cum adveniret parens meus, in auxilium vocatus, de bubulco ipso jamiam actum fuit; is enim jam hydrophobus, & tacitura rabie laborans, Anagallidem respuit, & furio-

sus tandem mortuus est; jumenta quadam pariter. Reliqui vero omnes, homines & pecudes, nondum rabidi, Anagallidem assumerunt, ejusque virtute, ex propinquis truculentis morbi faucibus erepti & perfecte servati sunt. Omnes ejus vici incolas, ex illo tempore hodie adhuc vivos superstites, testes provoco.

Ex Oppido Sobernheim, in palatinatu inferiori sito, undecim advenerunt cives, a rabido cane læsi; consilium petentes. Acceperunt Anagallidem; & illibatam a dirissimo morbo sanitatem inde reportarunt.

Plures quid referam singulas historias vulneratorum a rabiis, & Anagallidis tempestivo usu, contra propinquam rabiem munitorum? Sufficit: quicunque nondum hydrophobi ad eam configurerunt; eorumque insignis profecto est numerus; omnes illi, nullo excepto, ab hydrophobia & rabi immanni periculo, immunes vixerunt vivuntque. Et per vulgus innotuit hæcce veritas; maxime post publicationem mandati Serenissimi, beatissime defuncti Ducis Bipontini Gustavi; quod obstrinxit pagorum præfectos Ducatus bipontinensis, anagallidem justo tempore collectam, usui paratam affervare. De veneranda fane, hujus remedii contra rabiem potentia, tanta fere coarguerunt argumenta, quanta edocuerunt, nostrates, de tuberum solani esculenti vi cito tuta atque jucunda, in compescenda fame.

N^o. II.

QUam salutarem virtutem exferat anagallidis herba flore puniceo, ad effectus, morsus animalium rabidorum avertendos, optime sciunt, illi, qui ea in casu tali fæpius usi sunt. Ne prolixus sim nimis, hic non tradam eas curationes; quas b. m. antecessor, Confiliarius aulicus & Archiater Bipontinus D. D. AULBER herbula hacce feliciter peregit;

peregit; Inter multas etiam observationes, quibus per vinti annos, dum praxin exerceo, ipse gavifus sum, unicam tantum, maxime memoratu dignam referam.

Cum in Ducatus Bipontini Praefectura Lichtenbergensi Phycisi, ut vocant, munere fungerer, Anno MDCCXLIII. Dominica, quæ erat dies XI. Augusti, accidit, ut incolæ pagi Schellweiler, cum e templo Cufellano domum redirent, a rabido cane invaderentur eorumque forte viginti partim ab ipso morderentur, partim spuma salivæ inquinarentur. Canis hic deinde aliquot horas versus pagum, nō fallor, Oberkirchen, cucurrit ibique ex ovium grege plures momordit oves. Opilio cum vidisset canem, qui oves momordit, rabidum fuisse, mox demorfas oves, separatis inclusit stabulis. Eorumque nono jam die duæ hydrophobæ factæ & occisæ sunt.

Postero die, lunæ nempe, hujus rei certior factus, in pagum illum Schellweiler me contuli, ac singulis pridie morsis aut infectis hominibus præbui portionem pulveris anagallidis, jussique, ut non solum usum pulveris per plures dies continuarent, sed & vestes suas abjicerent, cui confilio Deus ita benedixit, ut ex his hominibus, nemo rabidus factus fuerit.

No. III.

SIC der Magistrat und Rath der Stadt und des Thales Münster in dem oberen Elsaß bescheinien hiemit, demnach vor Uns erschienen die bescheidene Johannes Röß, Ackermann, wohnhaft zu Sulzheren allhiesiger Bottmäßigkeit zugethan, Tobias Weber, Schmidt, und Johannes Wotey, alle drey Burgere dieser Stadt,
E 3
gezieh-

geziehnend vor- und anbringend, wie daß zweifels ohne Uns in frischer Gedächtnis sein würde, wie daß, nemlichen vor sieben Jahren eines sein des Johannes Rößen Kinderen, vor vier Jahren aber ein Enkel sein des Tobias Webers, das Unglück gehabt, ohnverschener Weiß durch zwey unterschiedliche wütende Hunde gebissen zu werden, er Johannes Wosteck aber selbsten Anno 1751. den 2. ten Decembris durch einen rasenden Wolff (nachdem dieser vorhin vieles Unglück wegen seinem Nutzen in diesem Thal verursachet) in das Knie des linken Fusses stark und hart gebissen und verwundet seyen worden, zu Eurirung der von solchen wütenden Thieren empfangenen Wunden, und Vorkomnis der daraus entstehend könnenden Folgen, sie anders nichts als das sogenannte Kraut Gauchheyl gebraucht hätten, und zwar also, sie hätten die Wunden vorderist mit Bach-Wasser sauber ausgewaschen, alsdann Pulver von gesagtem Gauchheyl in die Wunden gethan, von welchem nemlichen Pulver ein jeder der Verwundeten, morgens und abends jedesmahl drey Meßerspitzen voll nach proportion des Alters, in einem von bemelettem Kraut gebranntem Wasser eingenommen, wodurch und vermittelst dessen sie von allen Folgen befreyet wären worden, solches Mittel hätten sie vorzüglich und mit desto größerem Esfer gebrauchet, weilen sie versicheret gewesen, daß es vorhin schon nicht nur allein anderen Menschen, sondern auch Kind-Bieh und Hunden so von wütenden Thieren gebissen worden, ohne Anstand geholfen, über welches sie Uns um glaubwürdigen Schein gebührlichen angesprochen.

Wann Wir dann die Wahrheit zu steuren so schuldig als geneigt, als certificiren Wir hiemit, daß Uns wohl bewußt, daß die vorbenambste Personen durch wütende Hund und Wolff gebissen, sie auch des sogenannten Gauchheyl-Krautes, zu Verhütung der Folgen und Eurirung der Wunden, sich bedienet haben; daß vorgemelter Wolff so gesagten

Johannes

Johannes Wotey in das Knie gebissen, sonderheitlich rasend gewesen, indeme derselbe den Tag zuvor nicht nur allein zwey Eheleuthe in dem Dorff Wasserburg (wovon der Mann demselben einen Streich mit einer Axt gegeben, und also gezeichnet worden) ergrisen, welche beyde in kurzer Zeit hernach ane Naserey gestorben, sondern den nemlichen Tag auch ein Weibsbild in allhiesiger Jurisdiction auf der öffentlichen Straßen gänzlichen zerrissen und albereit vollkommen gesessen, über dieses hat der nemliche Wolff eine Mittib in hiesiger Jurisdiction in nemlicher Zeit sehr übel in den Kopf und in die einte Brust gebissen, welche innerhalb vierzehn Tagen wütig worden und erbärmlich an dem Wut gestorben, ferner hat diß rasende Thier einen Burgersmann bey seinem Meyerhof allhier sambt einem armen Mann so bey ihm war, unterschiedliche Biß gegeben, welcher aber endlichen tod geschossen worden, welchen beyden letztern das gesagte Mittel des Gauchheyls durch Gregorium Kempf Burgeren allhiesiger Jurisdiction, gegeben und durch selbiges ihrer Meinung nach, von dem Wut garantirt worden; Dessen zu wahrrem Urkund, haben Wir auf Ersuchen der Comparenten gegenwärtiges aufsetzen, darauf Unserer Stadt Canglen gewöhnliches Secret-Instigill (deme jedoch wie Uns in alle Weg ohne Nachtheil) drucken, und durch Unseren Stadt-Schreiberen unterschreiben lassen. So gegeben Münster den 2ten Decembris 1757.

(L. S.)

MEYER,
Stadt-Schreiber.

No. IV.

Fürstlich-Stift-Bambergisches Ausschreiben.

Bemnach Thro Hochfürstlichen Gnaden zu Bamberg, unserm allerseits gnädigsten Fürsten und Herrn, ein bewährtes Mittel zu gnädigsten Handen gekommen ist, welches bey allen und jeden Verwundungen und Bissen wüthiger Hunde, Wölfe, Läzzen ic. von ohnfehlbarer Würckung und Heiligkeit befunden worden, und auf die Art, wie in nachfolgender Beschreibung mit mehrern nachgedruckter zu sehen, zu gebrauchen ist; und nun kein Zweifel obwaltet, daß an sicherer Abwendung derley mislicher Zufälligkeiten, jedommöglichen höchst gelegen seye; als haben höchst erwehte Seiner Hochfürstlichen Gnaden, nach Dero ohnermüdeten Landes Fürst-väterlicher Liebe und Sorgfalt für die Wohlfarth Dero getreuen Unterthanen den Gebrauch obbemeldten gesegneten Arzney-Mittels, in Dero Bist- und Fürstenthum Bamberg machen zu lassen, den gnädigsten Befehl ertheilet. Zu dessen gehorsamster Besfolgung alle Dero Ober- und Unter-Beamte, dann übrige Befehlshabere, ohne Ausnahm, hierdurch gemessen angewiesen werden, bey der eben jetzt, nach dem Innhalt der hierben gesetzten Beschreibung, vorhandenen bequemen und rechten Zeit, das angedeutete Kraut einsammeln und dieses durch die allerweiseste Anordnung Gottes entdeckte Mittel nicht nur in allen Städten, Märtslecken, Dörffern und Gemeinden; sondern auch bey allen und jeden Weylern, Mühlen und sonstigen einzeln Orten in ohnausläßiger Bereitschaft halten zu lassen; in welcher heilsamen Absicht denn auch höchst gedacht Seiner Hochfürstlichen Gnaden gnädigst besehlende und ernstliche Willens-

Meis.

Meintung zu gehürendem Vollzug zu bringen, so fort auf denen Kanzlen zu jedermanns Wissenschaft öffentlich zu verkündigen, und an Thoren aller Orten anzuschlagen ist. Hier an beschiehet mehr Höchst-erwehnter Seiner Hochfürstlichen Gnaden gnädigster Will, so auf die allgemeine Wohlfarth Dero getreuesten Unterthanen und eines jeden eigenen Bestes lediglich abzielet. Decretum Bamberg den 28. May 1749.

Beschreibung des bewährten Mittels

gegen den Wuth und Biß der tollen Hunde
Wölfe und Katzen &c.

Gan sammle vom neuen bis auf den alten Johannis-Tag des Mittags von 11. bis 12. Uhr Gauch-Heilkraut mit denen Purpur-rothen Blümlein (*Anagallis flore puniceo*) man bricht nemlich auf besagte Stund und Täg gemeldtes Kraut ab, mit den Stänglein und Blümlein, lasset solches an einem schattigten, aber nicht verdumpften Ort behörig und langsam trocknen, verwahret solches hernach in dichten leinenen Säcklein oder in Schachtlen, welche innwendig mit Papier belegt seyn; wann nun ein Mensch von einem wüthenden Thier gebissen worden, oder mit wüthenden Thieren und Menschen viel umgegangen; so gebe man ihm obiges Kraut (nachdem es zuvor mit denen Blumen und Stänglein klein pulvrisirt worden) zu einem halben bis ganzen Quintlein schwer, oder zu 3. bis 6. Messerspisen voll in Gauchheil-Kraut Wasser; oder wenn dieses nicht vorhanden ist, in Thée-Wasser oder Brühe zu nehmen; lasse ihn einige Stunden darauf des Essens und Trinkens enthalten; ob gleich eine Dosis allemahl ohnfehlbar und ganz sicher hilft, selbsten auch, wenn der F Wuth

Wuth schon würcklich vorhanden, aber nur noch nicht auf den höchsten Grad gekommen; so kan man dennoch um mehrerer Sicherheit und Beruhigung willen nach 6. 8. oder 10. Stunden, ja auch noch den andern Tag, eine zweyte oder dritte Dosis dieses Pulvers eingegeben. Denen Pferden, Kühen s. v. Schweinen, Hunden, Ziegen und Schaafen wird dieses Pulver von einem Quintlein bis zu einem halben Loth auf Brod mit etwas wenig Salz und Alraun, oder auch in warmlichten Geträck, ja auch nur in Wasser eingegeben oder eingeschüttet; Wann ein wüthendes Thier unter eine ganze Heerde kommt, so thut man wohl, daß man dieses Mittel nicht nur den wäcklich gebissenen, sondern auch der ganzen Heerd, ja allen Thieren welche nahe bey den Gebissenen gestanden, gegangen und geweydet, eingebe und beybringe.

Auf solche Weis kan man versichert seyn, daß die Gebissene nicht vom Wuth sterben, und die übrige von Wuth nicht werden angefallen werden. Man kan dieses Kraut so bald es völlig getrocknet, wann man will, gleich pulverisiren, und als ein Pulver zum Gebrauch aufthalten; es muß aber immerfort an einem trockenen doch nicht zu warmen oder heisen Ort verwahret werden.



CARO-

CAROLO LUDOVICO BRUCH,
PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS MEDICINÆ CONSEQUENDI
DISPUTANTI

S. P. D.

Dr. JOHANNES FRIDERICUS RAVENSTEIN.


*A*rtēm nostrā salutarem omnium excellentissimam esse, nemo facile dubitat, qui & objectum, circa quod versatur, & finem, quem intendit, illo modo cognitum habet, & sicuti objectum homo virūs est, finis vero sanitas; ita nemo mortalium erit, qui non inter bona terrena sanitati primum locum concedet. Verum etiam medicinam omnium artium antiquissimam & per varia nova experientia eruditissimorum medicorum adeo excultam esse, quis est, qui nescit aut negat; hinc si veteres hodie reviviscerent, illius excellentiam admirarentur & obstupeferent, videntes, eam multis salutaribus immensisque inventis & remedis multiplicatam esse. Et quanvis ad summum perfectionis gradum sic pervenisse videatur, tamen adhuc in omnibus medicinæ partibus, praesertim in curatione morborum multa desiderata nobis occurunt, quibus etiam experientissimi Medici haec genus egerint. Difficillimam ergo hanc artem esse, nemo sane scit, nisi Medicus amplissimam artem exercens, hinc optandum esset, ut quique juvenis Doctor, nisi in academiis collegium clinicum frequentandi occasionem habuerit, priusquam ad Praxin adspiraret, per aliquot annos, aliorum in arte peritorum lateri junctus esse posset, honorum enim vocabula non ornant, nisi & dignitatis studiorumque insignia sunt, permulti tituli tantum causa, de gradu Doctoris acquirendo solliciti sunt, cum tamen de experientia colligenda studiosores esse deberent. Tu vero Clarissime Dne Doctorande denegas illorum morent, qui nihil didicerunt, Tu potius studia Tua alacri animo, ex celebrissimorum medicinæ Professorum ore, quorum fama Academie Argentoratensi maximo semper est honori, prosecutus es, ut novo, qui Te manet, honore Te prestatas quam dignissimum. Industrie itaque

F 2

Tuae

Tuæ nunc testis est Dissertatio inauguralis Tua de Anagallide, hercula quidem exili, aſt ratione virium energiarumque praeflantum contra mortuum rabidi animalis, paucis pro merito nota ē haclenus a nomine conscripta, quam Tu omnibus applaudentibus defendendam suscepisti. Voveo ut Deus huic tutissimo & probatissimo specifico remedio, quo Tuus honoratissimus beatus Parens & ego in praxi nostra optato cum successu usi sumus, etiam in posterum benedicat.

Gratulor itaque Tibi Nobilissime Candidate! de rebus Tuis optime peractis & fauissimum tam in certamine academico, quam in omnibus alis Tuis conaminibus successum Tibi adprecor; macte hac virtute & studiis, ac perge modo eodem tramite, sic non solum Tiaram Doctoralem in Tui honorem acquires, sed etiam certissime auguror, fore, ut brevi tempore largissimos laborum Tuorum fructus colligas, vale! dabam e Musao Tabern. Montan. Calendis Maii M DCC LVIII.



C. L. BRUCH,
MEDICINÆ DOCTORANDO
AMICO SUO ÆSTUMATISSIMO, CARISSIMO
S. P. D.

CONRADUS RAHN, M. Dr.

Thurico - Helvetius. Opponens.

Accipe hæc ea mente, quaæ ea TIBI offero. Ab aliquo jam tempore arcto amicitiae vinculo TIBI junctus, publicum ejus ponamus monumentum; alis relinquam, qui tuas extollant laudes; his ego non immorabor. Mea enim laude non indiges, præterea vires aequæ ac tempus, TE pro meritu laudandi mihi defunt. Si minus elegantia sunt, que dico, sunt tamen vera & sincera. Hunc diem, quo adsummos in Medicina honores adscendis, mihi gratissimum esse, velim persuasus sis. Sincera mente TIBI gratulor, mihi gaudeo, quod sic labo-

*laborum tuorum indefessorum fructus, eruditio in Medicina
eximie premia reportes. Summum Numen uti hactenus, sic & in
posteriorum conatibus tuis adnuat, eos cedere faciat in suam laudem,
tuum & plurimorum commodum, TE, amice optime! diu incolu-
mem & virtute tua beatum vivere jubeat. Velenit me semper ames,
mibi nunquam non carissimus eris; sic amicitia, qua nos unit, in
eternum indissoluta manebit. Vale.*

CAROLO LUDOVICO BRUCH,
ERUDITO HUJUS SPECIMINIS
AUCTORI,

CONSOBRINO ET AMICO SUO SINCERO, DULCISSIMO

S. P. D.

GUIL. LUDOV. KÆMPE, M. D.

*S*anctior est amicitia atque jucundior, que inter nos viget, Carissime! silentio laud penitus excipiam diem, qui TE predicabit ornatissimum defensorem almarum, quas inauguralibus hisce paginae tradidisti, veritatum; qui candidissimo calculo notabit publicam Tuam laudem; quemque absens, non sine dolore absens, festum habeo.

Operose ficta carmina a me non exspectabis. Haud mea indigebit exhortatione publicum, ut tribuat Tibi praeconia, que aque libenter tribuet, ac tribuerunt unanimiter Tibi amici jam dudum, que adeo sollicite denegat Tua Tibi modestia.

*Letissimo applausu prevideo Te accinctum, proclaimari dignum
medicum & salutarem. Non habeo quoque gratulari quam maxime
egrotis, qui Tuis gaudebunt auxiliis. Quid enim dulcius morbo op-
pressis, quid suavius, quam reviviscere sub manibus medentis, dexte-
ritium animum exacte eruditio*n* iungentus?*

E 2

Sed

Sed fateor : nil pene habeo, quod gratuler Tibi, Dilecte.
 “Omnium quidem occupatorum conditio misera est, eorum ta-
 ”men miserrima qui ne suis quidem occupationibus laborant : ad
 ”alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum, ad
 ”alienum comedunt appetitum, amare & odiſſe, res omnium
 ”liberrimas, jubentur. ” *Quid impedit, quo minus hec SENECAE*
verba, huic trahantur, ad præclarum quod suscipis munus.

Nec tamen ignoror voluptatem, latenteſ ſub arduis officiis, qua
præſtat miſeris praxis medica. Summa ſane voluptas Philanthropo,
& præter dulcissima queque otia excellens, aliorum exſtruſiſſe ſalu-
tem, ſuis aerumnis.

Precor ex animo ut permulta proſpera per Te contingant lan-
guentibus mortalibus ; ut fauſta queque & ſecunda proſequantur Te,
quem proſequar ego dum ſpiro, tenerrima amicitia. Vale. Dabam
Neovæ die 4to Maii 1758.



DEs Mortels, travaillés de *Rage*, de *Manie*,
 De *Goutte*, de *Melancholie*,
 Vous calmés toute plainte & lamentation ;
L'Anagallis leur fait changer de note.
 La preuve des Vertus de ce grand Antidote
 Prouve vótre Erudition.

Recevés Monsieur BRUCH, les Félicitations & assurances
d'Amitié que vous envoye de Montbéliard

Vôtre très-humble Serviteur & sincère
 Ami

D. C. E. BERDOT.
 Licentié en Médecine
 Confeiller de S. A. Serme Mſgr. le Duc
 de Würtemberg.

Freund

Freund, die Verdienste, so den Weisen rühren,
Sind nicht die Nahmen, die das Volk versöhnen.
Selbst jener Ruhm, nach dem die Fürsten greifen,
Kan ihn nicht reizen.

Mein, der allein, der ist der Held des Weisen,
Den edle Thaten von sich selber preisen,
Der wahre Mensch, der ohn den Thron regiert,
Der ihm gebühret.

Nur Tugend kan uns diese Größe geben,
Und Wissenschaft kan ihren Glanz erheben.
So wuchest Du, so glänzt schon in der Jugend
Auch Deine Tugend.

Heut sieht die Welt, was ich schon lang gesehen,
Sie kröne Dich: Ich will zur Vorsicht stehen.
Sey glücklich, Freund, und denk in Deinem Glücke
An mich zurücke.

JOHANNES KRATZ, Argentoratenfis
Med. Lic. Opp.




Fa Du, zum Stolz zu klug, im Ruhm so edel denkst,
Ein Lob, das Dir gehört, mit Freuden andern schenkt;
So muß ein wahrer Freund es ganz erschrocken wagen,
Was er an Dir verehrt, auch vor der Welt zu sagen.
Der ist sein eignes Lob, der so, wie Du, mein Freund
Mit der Gelehrsamkeit doch noch Vernunft vereint,
Der Wahrheit achten Werth als Philosoph erkennet,
Das Glück nach Tugend mißt, ein andres Zufall nennen.
O lernte mancher doch, der, Troß der besten Welt
Als Doctor existirt, und dann vor baares Geld
Gicht, Podagra und Stein, was Tod und Schrecken häuft
In seinem Elixir mit leichter Müh erfäuffet;

Das,

Das, was Du heute zeigst, ein Arzt und klug zu seyn,
 Schließ keinen Widerspruch in seinem Umfang ein,
 Und unsre Wissenschaft, sei dann erst hoch zu schätzen,
 Wann sie dem Nächsten nützt, und Weise kan ergözen.
 Freund dieses ist Dein Glück, kein Wunsch gehört darzu
 Vernünftig-glücklich seyn, ist leben, so, wie Du.

Hochzuehrender Herr! Nehmen Sie von mir diese wenige Zeilen
 als ein Zeichen einer billigen Hochachtung gegen Sie an, und
 glauben Sie, daß ich mir keine geringe Ehre daraus mache mich
 zu nennen

Ihren ergebensten Freund
 J. F. Conßbruch, von Stuttgard.
 der A. B. B. und Oppon.



Freund nimm Hygeens Eratz, Dein rühmliches Gemühn,
 Dein Fleiß, Dein heutger Streit, Dein Herz verdienet ihn,
 Ich war Dein Gegner zwar, doch meine Zweifel schwiegen,
 Du siegest über sie, und froh sah ich Dich siegen.
 Geh um die Deutigen, die Siechen zu erfreun,
 Dem Staat ein nützlich Glied, der Kunst ein Ruhm zu seyn.

Hiemit wollte Seinem Werthgeschätzten Freund
 sich Glück-wünschend empfehlen

ein aufrichtiger Freund,
 Georg Albrecht Fried, Argentinensis,
 Der Arzney-, und Hebammen-Kunst besigener
 Opponens.

Wie

Die sollte Dich mein Freund ein schwaches Loblied preisen.
 Da selbst Hygea Dich erhebt?
 Und bald der Lorbeer-Kranz um Deinen Scheitel schwebt;
 Den Dir Dein Eifer längst verheisen.
 Nein meine Zärtlichkeit allein
 Soll Dir getreue Wünsche wohn.
 Beständig soll, mein Freund, Dein Leben
 Das Glück, so Du verdienst, umleben.

Dieses wollte zum Andenken seiner Freundschaft
 mit beysezgen

JOH. FRID. LOBSTEIN, Med. Stud.
 Opponens.

